THOMAS DE AQUINO, UNVOLLSTäNDIG
Entstehungsort unbestimmt, 15. Jh.
Seite 164r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35409
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Questio · lxvj · de sacramento bap[tismi]

Consequenter considerandum est de singulis sacramentis in speciali. Et primo de baptismo. Secundo de confirmatione. Tertio de eucharistia. Quarto de penitentia. Quinto de extrema unctione. Sexto de ordine. Septimo de matrimonio. Circa primum occurrit duplex consideratio. Prima de ipso baptismo. Secundo de preparatoriis baptismi. Circa primum quatuor considerandum occurrunt. Primo de his quæ pertinet ad sacramentum baptismi. Secundo de ministro huius sacramenti. Tertio de recipientibus hoc sacramentum. Quarto de effectu huius sacramenti. Circa primum primum quæritur. Primo quid sit baptismus, vtrum sit ablutio. Secundo de institutione huius sacramenti. Tertio vtrum aqua sit materia huius sacramenti. Quarto vtrum requiratur aqua simplicis. Quinto vtrum sit quærendum forma sacramenti. Ego te baptizo in nomine patris et filii et spiritus sancti. Sexto vtrum habet locum possit aliquis baptizari. Ego te baptizo in nomine xpi. Septimo vtrum iterato sit de necessitate baptismus. Octavo vtrum requiratur trina immersio. Nono vtrum baptismus possit iterari. Decimo de ritu baptismi. Undecimo de distributione baptismatis. Duodecimo de comparatione baptismatum.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod baptismus non sit ablutio. Ablutio enim corporalis transit. Baptismus autem permanet. Ergo baptismus non est ipsa ablutio. Magis est signaculum et sigillum et custodia et illuminatio ut damascenus dicit in quarto libro. Sed hugo de sancto victore dicit quod baptismus est aqua diluendis sordibus sanctificata per verbum dei. Aqua autem non est ipsa ablutio. Ablutio est quidam usus aquæ. Sed augustinus de trinitate super iohem dicit. Accedit verbum ad elementum et fit sacramentum. Elementum autem est ipsa aqua. Ergo sacramento baptismi ergo baptismus est ipsa aqua non autem ablutio. Sed contra est quod dicit ecclesia pxpm qui baptizat a mortuis et vtique tangit mortuum quod ipse est eius lotio vel ergo quod baptismus sit ipsa ablutio sive lotio. Respondeo dicendum quod sacramento baptismi est tria considerare. Aliquid scilicet quod est sacramentum tantum. Aliquid autem quod est res et sacramentum. Aliquid autem quod est res tantum. Sacramentum autem aliquid est tantum visibile extrinsecus cuius quidem est similitudo et effectus hoc enim pertinet ad rationem sacramenti extrinsecus a supremo sensu est et ipsa aqua et usus eius quod est ablutio. Rationem quidem quod existimaverunt quidam ipsa aqua sit sacramentum quod quidem suadere videntur verba hugonis de sancto victore. Ita ipse. Cum diffinitione sacramenti dicit quod est visibile elementum. Et in diffinitione baptismi dicit quod aqua. Sed hoc non videtur esse verum. Cum enim sacramenta novæ legis sanctificent quandam operantur ubi perficitur sacramentum ubi perficitur sanctificatio in aqua autem non perficitur sanctificatio sed ubi quidem sanctificationis vtitur instrumentum non permanet sed fluens in homine qui est vere sanctificandus sed. Et ideo sacramentum non perficitur ipsa aqua sed in applicatione aquæ ad hominem quæ est ablutio. Et ideo magister in tertia distinctione qui sicut dicit quod baptismus est ablutio corporis extrinsecus facta subsecuta prescripta verborum rem autem et sacramentum